

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

46 Subdiaconum incarerans, & tanquam testem, & principalem  
examinans, in Bullam caenae non incidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO XXXV,

Ex conf. 34. alias 7.

**35** **L**AICUS, fructus clericis debitoris sui apud laicum aliquem existentes sed ad clericum ratione sui beneficii pertinentes, per Iudicem laicum sequestrati faciens, excommunicationem decimam septimam Bullae Cœne non incurrit, cum Bulla haec penalitatem sit, nec ad alium casum extendens, c. pœnæ de postea, præsentim cum haec solum usurpantem, & sequestrantem fructus ecclesiasticos sine licentia Papæ, vel alterius ad quem pertinet, illam licentiam date, excommunicet: excommunicationem autem contra fæcitem aliquid lata, nec procurantem, nec consulentem, nec mandantem fieri includit, nisi per alia iura id declaratur, & Na. in Man. c. 27. num. 51.

## DECISIO XXXVI.

Ex conf. 35. alias 30.

**36** **E**PISCOPUS nepoti centum aureos debens, quos sèpius rogatus solueret noluit, si nepos nocte granarium eius adiens, & exinde granum pro aureis debitis accipiens, ab eodem Episcopo denunciat excommunicatus, & in Bullam Cœne Domini incidiſſe declaretur: Quamvis nepos sic auferendo granum peccat, declaratio tamen, qua Episcopus Nepotem suum excommunicatum esse denunciata, sine citatione facta, iniusta est, & ipso iure nulla: ex Glos. cle. t. de censib. Nec sic granum auferendo in excommunicationem decimam quartam pta fate Bullæ incidit; eo quod granum illud, neque usurpando sibi villam auctoritatem publicam ordinariam, vel delegatam, neque fructus, & redditus ecclesiasticos, sed solum tamquam creditor, accipit bona fide existimans licere sibi tantum de bonis sui debitoris capere, quantum sibi debetur, præfertim quia granum illud non tamquam res ecclesiasticas, sed tamquam res particulares sui debitoris, qui nullatenus ei solvere volebat, accipere intendit. ex Nau. in Man. c. 27. n. 26.

## DECISIO XXXVII.

Ex conf. 36. alias 33.

**37** **P**RÖMITTENS, & promissionem acceptans pro gratia temporaria a Papa obtinenda excoicatur. Extr. Ab ipso edit. anno 1574. confit. 27.

## DECISIO XXVIII.

Ex conf. 37. alias 31.

**38** **C**ARDINALES, vel Episcopos præentes, & fugientes in domus suas, vel in partes iutiores eius hostiliter in sequentes animo eis iniuriat infendit, excommunicationem Bullæ cœne incurrit; secus tamen qui domos eorum adeunt, postquam illi iam non fugerat, an se in domos eorum adeunt, postquam illi iam non fugerat, aut se in domos suas reperant, & in eis manent; sicut nec qui vadunt ad domos illorum, ad insultum aliquem palatis eorum dandum excommunicationem incurrit. vt ait Nau. in Man. c. 26. num. 67. & 97.

## DECISIO XXXIX.

Ex conf. 38. alias 29.

**39** **E**PISCOPUM, vel clericum, quemcumque tangens, aut retrahens absque intentione mala, vt futurum aliquod scandalum, aut peccatum ab eo committendum impedit excommunicationem non incurrit: Cum talis retractio, & apprehensio non peccatum sed meritum sit, excommunicationem autem sine peccato mortali, aut dolo non incurrit. ex Nau. in Man. c. 78. num. 87. & 89.

## DECISIO XL.

Ex conf. 39. alias 43.

**40** **C**LERICUM aliter quam pro defensione propria, vel proximi cum moderamine in culpa tutela percussionsis, excommunicationem incurrit, & si percussio enormous sit, Papæ referatur; c. si quis suadente. 17. q. 4. & Nau. in Man. c. 27. num. 90. si vero leuis fuerit, ab Episcopus absoluere poterit.

## DECISIO XLI.

Ex conf. 40. alias 25.

**41** **M**ONACHUS coram magna parte conuentus, manus in alium religiosum inferens, seu a peccatore expeditus, vel a fede expellens, vel brachio violenter extrahens, mortali peccatum, & excommunicatus publicus censendus est, & ab alijs fine alia Iudicis declaratione vitari debet; cum talis notorius clerici percusso censetur. vt habetur per Extr. Ad. ad epitanda Mart. V.

## DECISIO XLII.

Ex conf. 41. alias 25.

**42** **C**LERICUM casu cum uxore inventum, & ex continentia occidens, excommunicationem non incurrit, secus autem qui postea, & remissio dolore, aut ex præcedenti manu iudicio, & deliberatione, id facit, c. si vero de sent. exco. Angel. ver. excomm. 1. §. 19.

## DECISIO XLIII.

Ex conf. 42. alias 28.

**43** **R**ÆLATUS causa iustæ correctionis subditos suis reliquos per se vel per alium verberare potest, dummodo verberans Monachus, vel clericus sit; secus tamen si laicus fuerit, tunc enim per laicum verberans excommunicatur, c. vñqueritatis de sent. excomm.

## DECISIO XLIV.

Ex conf. 43. alias 3.

**44** **E**PISCOPUS a casibus, & censuris, ante, & post Concilium Tridentinum, scilicet 24. c. 6. de ref. Papæ referuntur in manuscriptis propriis, & specialiter in constitutione contra receptores Bannitorum promulgata Anno 1590. & alijs constitutionibus editis, in foro conscientiae absoluere potest, præterquam in casibus cum clausula derogatoria refutatis, per quam sufficienter dicto Concilio derogatur.

## DECISIO XLV.

Ex conf. 44. alias 27.

**45** **A**PPARITORES, clericis armis nocte portantes capiendo non peccant, nec excommunicationem villam incurront, c. si quis suadente. 17. q. 4. cum clericus nocte cum armis incendens ad delinquendum ire iuste presumi possit, ex Panor. in cap. vt famæ de sent. excommunic. quod iuste apparitores illi impedit possunt, nec illis in tali evictu metum iuste, sed iustissime inferunt, eosque ad suos iudices iuste ducere possunt: Huiusmodi enim metus violentiam aliquam non inducit, quæ tamen ad peccatum canonicum incurrerandam est necessaria.

## DECISIO XLVI.

Ex conf. 45. alias 32.

**46** **S**VBDIA CONUM INCARCERANS, & tanquam testis, aut principalem examinans, ultra excommunicationem Canonicis, c. si quis suadente. 17. q. 4. in excommunicationem etiam vnde cimam, vel duodecimam Bullæ cœne incidunt.

## DECISIO XLVII.

Ex conf. 46. alias 54. de simonia.

**47** **D**ANTES, seu promittentes aliquid famulis, & ministris, Papæ, vt pro gratia, seu beneficio, concedendo preces interponant, simoniam committunt, & excommunicationem, & alias juris penas incurrint: Extr. 1. de sent. excom. & Extr. Gregor. XIII. Ab ipso edit. anno 1574. confit. 28. Quamvis secus si illis aliquid debet, aut promittant, vt tantum causas eorum sollicitent, aut eos ad memoriam reducant.

DE